



SVEVORUM & LYGII  
RUM DESCRIPTIO  
ex Tacito de Mor. Ger.

Vteriora incolunt Sarmatae Europaei, et Asiatici, in quibus Hunni Alaniq; ultra Tanaim

Scala Milliarium

cedri genere siluosam, inde defluere in petras. Certum autem est, gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari glessum, itaque & a nostris vnā insularum ob id GLESSARIAM appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austrariam a Barbaris dictam. Affertur a Germanis in Pannoniam maximè provinciam: inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant res famam fecere, proximi Pannonia, id accipientes circa mare Adriaticum. Sexcenta ferè millia passuum a Carnunto Pannonia abest litus illud Germania ex quo inuehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Romanus, missis ad id comparandum a Iuliano cur ante gladiatorum munus Neronis principis, qui hac commercia & litora peragravit, tanta copia inuectā, ut retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur; arma verò & Liburna, totusque vnus diei apparatus esset è succino. Maximum pondus is

Lib. VIII. gleba autulit XIII librarum. BISONTES, VRI, Cap. 15. MACHLIS, IN GERM. Scythia contermina Germania insignia gignit bonum ferorum genera, subatos bisontes, excellentesque vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, vituli porius ceruicæ quadam similitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum: pratereà alcen, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, inmento similem. Item notam in SCANDINAVIA insula nec vnquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam machlin, hand dissimile illi, sed nullo suffraginum flexu; ideoque non cubantem, sed acclinem arbori in somno, eaque incisa ad insidias capi. CASTRA LEGIONVM GER-

Lib. IV. Cap. 23. MANIÆ. Certior Europa mensura ac longior ad occasum solis æstiuo ostiumque Rhevi per castra legionum Germania ab Alpibus dirigitur XIII<sup>c</sup> & XLIII m. pass. GERMA-

Lib. XVI. Cap. 40. NICORVM PRÆDONVM NAVES. Germania prædones singulis arboribus cauatis nautant, quarum quadam & triginta homines ferunt. GERMANIÆ PABVLA LAV-

DATISSIMA IN SOLO NON PINGVI. Nec lu- Lib XVII  
xuriosa pabula pinguis soli semper iudicium habent. Nam Cap. 4.  
quid laudamus Germania pabulis & tamen staura subest arena tenuissimo cespiti corio. GERMANIÆ RAPHANI. Lib. XIX.  
Frigore ad id gaudet raphanus, ut in Germania infantium pue- Cap. 5.  
rorum magnitudinem æquet. Audiamus verò nunc etiam Solinum abbreviatorè Plinij. Mons Seuo, ipse ingens, nec Descriptio  
Rhiphæis minor collibus, initium GERMANIÆ facit. SOLINI  
Hunc Ingeuones tenent, a quibus primis post Scythas no- Cap. xxiii  
men Germanicum confurgit. Diues virorum terra, frequens populis numerosis & immanibus. Extenditur inter Hercyntum saltum & rupes Sarmatarum: vbi incipit, Danubio; vbi definit, Rheno perfunditur. De internis eius partibus, Albis, Gutallus, Vistula, amnes altissimi præcipitantur in Oceanum. Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ per obscurum emicant & interlucent, quamuis obtenta nox densent tenebras. In hoc tractu sane & in omni Septentrionali plaga sunt bisontes frequentissimi; sunt & Vri, quos imperitum vulgus vocat bubalos. Est & Alces multis comparanda, adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora vestigia, pasci nequeat. SCANDINAVIA insula è regione Germania mittit animal quale Alces, sed cui suffragines vt elephantis flecti nequeunt. De Germanicis insulis Scandinavia maxima est; sed nihil in ea magnum præter ipsam. GLESSARIA dat crytallum; dat & succinum, quod Germani gentiliter vocant glessum. Qualitas materiæ huius summam antea, Germanico autem Cæsare omnes Germania oras scrutante, comperta est arbor pinei generis, cuius mediale autumni tempore succino lacrymat. Succum esse arboris, de nominis qualitate capeffas: pinum verò vnde sit genitum, si vfferis, odor indicabit. Pretium operæ est scire; ne longius Padaneæ siluæ credantur lapidem fleuisse. Hanc speciem in Illyricum Barbari intulerunt, quæ quum